

6756#106





BX1935

M6

1611

c.1

348

P  
Referente ad M. Juan Joachim Patricio de Ochoa

Lorano.

200



1080045065

# LVD. MOLINAE E SOCIETATE IESV,

PRIMARII QVONDAM IN EBORENSI ACADEMIA  
Sacrae Theologiae Professoris,

## DE IVSTITIA ET IVRE TRACTATVS,

Nimirum:

De Maioratibus, & Tributis.

De Delictis, & quasi Delictis.

De Iustitia Commutativa circa Bona Corporis, De Iudicio & Executione Iustitiae per Publicas Potestates.

De Iustitia Commutativa circa Bona Honoris,

& Fame: Itemque circa Bona Spiritualia.

De Iustitia Commutativa circa Bona Corporis, De Iudicio & Executione Iustitiae per Publicas Potestates.

IN QVIBVS QVAESTIONES OMNES, ATQVE DIFFICVLTATES  
ad has materias pertinentes, non minus breuiter ac doctè examinatae, quam neruosè  
& accuratè ex infallibilibus S. S. IVSTITIAE fundamentis decisæ videntur;

ita ut nimirum relictum sit, quod ab aliquo desiderari aut addi possit.

Opus non solum Studiois, Theologis, & Canonistis; verum etiam Legum Latarum Doctoribus in utroque foro,  
tam Ecclesiastico, quam Seculari versantibus, apprime vtile & necessarium.

CVM TRIPLICI INDICE, ALTERO DISPVNTATIONVM,  
altero vero locorum Sacrae Scripturae, & alio Materiarum amplissimo, atque locupletissimo.

46388



VENETIIS, Apud Seillas. M. DC. XI.

Permissu Superiorum, & Privilegio.

LEADER MOTI  
E SOCIEATATE LIBRE

PRIMARIUQ; GAVONI IN LIBORINI ACADEMIA  
SACRA JURISPOLIS PROLOGUS.

DE JURISPOLIA ET IURIS  
TRACTATAS

Nimurum

DISCUSSIONES DE JURISPOLIA ET IURIS  
TRACTATAS

IN QVADRIVAGALISTIONES OMNES ALIAS DILECTIONES

CUM TRACTATAS



ABUNDANTIA M. DC. X



Illustriss. Nobilissimoq; Viro  
D. DIDACO DE VERA,  
ET PRADO REGIO,

In Neapolitano Regno Consiliario, ac Supremæ Cameræ  
Summaria Præsidi integerrimo.



I tanta est, Vir Illustrissime, inter mortales cvis Virtutis, ac  
potentia, vt propter eam illos quoque, qui longissimo à nobis sunt  
locorum intervallo disuneti, quoque numquam vidiimus, quo-  
dammodo nos diligere cogamus, eamque vel in hoste dilig-  
amus; quanto magis nostros animos ad diligendum affirmabi-  
mus moueri, cum illorum, quibuscum cū p̄cipue sumus con-  
iuncti, virtutem altissimis desixam radicibus, que nulla vi-  
labes actari posſit, vel ipſis oculis nobis liceat intueri? Id ego vel in me ipſe sensi,  
quam eſet verum. Cum enim tot annos preclarissimam virtutem tuam eſsem sum-  
mopere admiratus ab ipſa etiam adolescentia tua, ubi primum auſpicjs Illustrissimi  
Cusani Marchionis D. Berardini de Bariono confobrini tui Clarissime feminæ D. Ma-  
riae de Vera filij in supremo primum Italie Consilio, tum demum Regie Neapolitani  
Regni Cancellerie Regentis celeberrimi Neapolim veniſti, non potui, quin te ſemper  
plurimum diligere, quin te ſemper plurimum obſervare. Itaque vix crederes,  
Vir omni virtute ſpectatissime, quam ſepe animus meus ad initia illa occurrat Ado-  
lescentiae tue, cum me tibi Iuueni adiuc ad gloriam, ad honores, ad perpetuum decus  
nato, nescio, qua mea felicitate mibi contigerit, ut addicerem. Neque vero id om-  
nino fortis mirandum deberet videri; cum nemo tum eſſet non in urbe Neapoli ſo-  
lum, verum ne in cūiuera quidem Italia, cui non eſſet notum, quibus ſtudijs, qui-  
bus diſciplinis, quibus virtutibus eſſes excultus; Tum, inquam, cum variarum, ma-  
ximamque rerum scientia, in primisque Iurisprudentie Studio delectatus, ad eum  
terminum properabas, quem tibi preclarissime Maiorum tuorum res gestæ preſcri-  
bebant, ac definiebant. Quibus in ſtudijs tantum profeceras, ut non modo precla-  
ram illam omnium fere hominum de te ſuceptam opinionem confirmasses iam, atque  
equaffes; verum etiam pulcherrimis deinde factis, accidente etate, plurimum au-  
xilles in dies. Quanobrem cum ob egregias virtutes tuas, ob ingenij ſuauitatem,

ob eximum in optimas artes studium esse omnibus omnium ordinum hominibus amabilis; ita meum quoque animum in te iam propensum alleksi, tantoque affectu deuinatum reddidi, ut fraganti Virtutum tuarum odore perfusus, tantum cuperim delectationis, tantum admirationis, ut quem amarem magis, magisque admirarer, profecto neminem habuerim. Praeterea es fuerunt semper, Vir Amplissime, que tuus animus in omni etate petuit, excelsa, ampla, illustria, plena dignitatis, ac glorie, neque fortasse communia cum multis, nam tibi ab inenarrata etate veluti duces ad quandam nominis eternitatem, que fuerant à Clarissimis Maioribus tuis pressa vestigia, ea semper duxisti prosequenda. Neque immerito immortalem Parentum tuorum gloriam, quorum vigebit memoria semper, tibi quasi ad longissimam metam currenti ob oculos proposuisti equiparandam. mirabilis enim semper fuit in familia tua virtutum omnium in omni etate exercitatio; in qua Pallas omnes artes videtur edocuisse, dum ad veram illius imaginem effingendam quodam Naturae, & Artis ductu, que amba ad id evidentur confirasse, & armis, & litteris diligentissimam semper operam nauarit. In quibus adeo Maiores tui insignes extiterunt, ut eximiam nominis sibi comparauerint immortalitatem. Plurima sunt, que de Fortissimis, Clarissimisque Viris, quibus familia tua semper floruit, narrant Historie; nec tamen ita, ut eorum merita laudes ullae adequare videantur: Ne illa nimis vetera ex annib[us] fide dignis repetamus. Quanta, Bone Deus, effulsi Virtus Ludouici de Vera Clarissimi Proau[i] tui, Equitum (ut aiunt) Commendatarij Ordinis illius, quem in Hispania communi vocabulo nuncupant Calatuanum. Ille militaris rei scientia peritissimus adeo strenue Catholico Hispaniarum Regi Ferdinando in expeditione illa latitudi bell[i] Bathica Regioni suam operam nauavit, ut subiecta eius ope, ac solertia Inuitissimi Regi imperio Provincia illa, conuenire ei videretur dictum illud, quod Roman[e] princeps eloquentia de Magno Pompeio pronunciavit: Difficile dictu est, an Hostes armati virtutem eius pugnantes magis timuerint, an vieti magis adamarint. Secutus deinde est Magnus ille, quem vere Phænicem inter omnes Hispanie Proceros licet appellare, Annus tuus Franciscus. Ordinis Sancti Iacobi equitum Commendatarius, Vir ille quidem magni animi, summiq[ue] consilij, atque Augustissimo Carolo Quinto, à quo plurimum dilectus est, ob maxime egregias virtutes addictissimus. Fuit tanta prædictus prudentia, tanta militaris rei peritia, ut nesciam, plus ne semper eius in bello virtus, an in pace sapientia, ac moderatio enierit, in quo liquido apparebat, quanta esset militia, & liberalium disciplinarum cordia. Cuius facta cum omnibus, qui paululum modo rerum ab alijs gestarum letione delectantur, sint notissima, duximus omnino ne attingenda quidem: Quandoquidem si omnes nunc gestas ab eo res velle colligere, ingenti esset opus volumine, ac laboriosus plane, quam turbata Sibylle folia velle iterum in ordinem redigere. Tantum dicam, que à maximo Duce munera queunt desiderari, ea omnia in oppugnatione illa Sancti Quintini adeo fortissime, egregiissimeque præstissime, ut eius preci-pua virtute capto Oppido, sium nomen omni monumentorum genere consecraverit immortalitati, cuiusque gloria vel ipsam Inuidiam superauerit. Pratermitto nunc Amplissimi Patris tui summas virtutes, preclarissimas res optime gestas; quid cum tecum penè coram loqui videar, possem fortasse existimari velle tuis auribus seruire. Verum tu, Vir Illustrissime, longissimam scis tibi esse in tua gente non opum, ac diuinarum, quibus etiam minime digni se affluunt, sed virtutis, & gloria perpetua multorum amorum serie quasi per manus traditam, & ad te ipsum usque conservatam.

tam hereditatem. Eam tu ad tuendum, augendumque diuini familiæ tuæ nominis decus, atque ornamentum, constanter tibi semper duxisti retinendam; ut cum nondum vice summum primum penè annum ageres in demandato tibi nonnullarum in hoc Regno Provinciarum Auditoris munere, maxima cum tua laude ea præstiteris, que præstare certe nemo in illa etate potuisset. Hinc factum est, ut cunctis spectata morum probitate, ac Inflititia, quas cum virtute semper duxisti coniungendas, Excellentissimus et acerrimi Iudicij Miranda Comes, qui tum Regno huic præterat, dijudicandis in supra-ma Neapolitana Curia cithibus causis vix Neapolim reversum te prefecerit. Nec satis hæc esse causa sunt. Vbi enim illud trium annorum munus vix obiusti, continuo Regni huius Secretarij, ut aiunt, Vicem tantum cum prudentia gesisti; ut cum nulla esset tibi meta ad ampliores in dies honores adipiscendos, à Philippo II. Regum Maximo primum ad supremum illum Consilarij gradum summa cum tua gloria sis elevatus; dein de vero non multis post annis ob egregiam vita probitatem, que non solum optimorum hominum iudicio, verum multitudinis etiam ipsius afferens, communique omnium voce, ac testimonio comprobabatur, Regie Camerae Summarie ss Preses creatus. Vides nunc, quā late patet tua, tuorumque Maiorum gloria, que omnibus Europæ populis nota, ad summam illas extreme India partes videntur penetrasse. Verum cum sentiam, eo me tuarum laudum dicendarum ardore progressum, ut epistole modum exceferim, finem faciam; tantumque dicam, mibi semper, ut ad dilectionem illam, quam in te habebam, aliquid esset accessionis, eorum more, qui Persarum Regem nunquam sine aliquo munere salutabant, munusculi aliquid adiungere, vixim esse vobementer. Itaque cum Ludouici Molinae à Societate Iesu Doctoris Theologi celeberrimi, eximij Hispanie ornamenti, operum posteriores quatuor tomos Antwerp[ia] olim typis mandatos, ad communem studiorum omnium utilitatem Venetijs curassem imprimendos, illos vobis tui nominis eternitati consecrare. Oro igitur te, obteborque, ut meum hoc munus, tibi pluribus nominibus debitum, qua benignitate es prædictus, lubentissime accipias; in quo tantum meam tuorum immortalium erga me meritorum memoriam velim agnoscas. Quod si à te impetraro, omnia me consecutum arbitror. Vale eximum Christiana Reipublice decus, atque ornamentum.

### Amplitudini Tue

Perpetuum Addictissimus

Hector Soldanellus.

## APPROBATIO.

Legi qua potui diligentia Tomum Tertium de Iustitia doctissimi, & non latius pro meritis laudati Doctoris Ludouici de Molina è Societate Iesu à Regio Senatu mihi commissum : opus quod fidei nihil habet aduersum; in quo ad amissim Theologicam peritissimè ac exactissimè reducit ea, que de Majoratibus, Tributis, Delictis & quasi Delictis circa bona externa, atque de restitutione in genere, & circa eadem bona Iurisperiti disputant. Quibus labor hic & iucundus & necessarius proculdubio erit, sed maxime Theologis, qui huc usque non viderant nexos hos iurisperitiae titulos cum Conscientia & Theologia regulis. Quarè opus dignissimum mihi visum est, quod typis mandetur. Madriti è nostro monasterio sanctissimæ Trinitatis idibus Decembribus, anno Domini 1598.

*Magister Frater Didacus  
de Auila.*

## INDEX DISPUTATIONVM, QVAE IN PRIORI PARTE

Tertij Tomi continentur.

- 576 **D**e varijs in Hispanijs bonorum vincentia, & praevalentia. Ingeruntur: Maioratus, seu primogenitum, quid. 577 Licitene Hispaniarum primogenita instituantur. 578 De institutione maioratus, ut in eo succedat, quem ultimus postfuerit, aut alius, elegerit. 579 Is, cui electio est commissa, si semel eligat, an possit iterum eligere, & variare in persona electa. Quod si ad maioratum non eligat, qui in eo succedat. 580 Maioratus qui legales, & qui ex aliorum institutione. 581 De maioribus titulo Comitatus, Marchionatus, aut alio simili, à principibus in situis, quam tam perpetuitatem, ac indviduitatem, quoad titulos ipsos, & res, quibus sunt annexi, habent. 582 De maioribus, qui à priuatis, ex regia facultate, aut sine illa, instituantur; & que coram instituto vilior. 583 Maioratus, ac melioratio, cum ultima voluntate, etiam contractu, fieri possunt. Et quando reuocabiles sint ab institutore, interim dūbitat, quando vero irreuocabiles. 584 Vtrum, vt maioratus in situo, ac melioratio in tertio, irreuocabiles reddantur, necessaria sit traditio per actum factum, vt per clausulam constituti. Et de alijs duobus actibus, quibus excedens dispositions irreuocabiles efficiuntur. 585 Vtrum, ve maioratus in situo, aut melioratio in tertio contractu inter viros facta, irreuocabiles reddantur, satis sit traditio rei unius, an requiratur omnium ad illas attinentium. Et an traditione irreuocabiles reddantur, etiam quoad bona futura. 586 Quibus alijs actibus maioratus in situo, & melioratio irreuocabiles reddantur. 587 Vtrum, vt maioratus in situo, aut melioratio, irreuocabiles sint ex capitibus quatuor disputationibus praecedentibus explicatis, necessaria sit accedit acceptatio. Atque ex quibus capitibus reuocari adhuc nihilominus eiusmodi institutiones possint. 588 Instituens maioratum ex suis bonis, ad eumque vocans filium suum primogenitum, & defcendentes illius, nulla alia vocacione omnino faciat, an finitis descendientibus ex illo, maioratus expireat, & bona illa libera reddantur. 589 Vtrum deficientibus omnino descendientibus ex primo institutore maioratus expireat maioratus; an transcat ad collaterales, consanguineos institutoris. 590 Quando in institutione mentio nō est facta de maioratu, quibus verbis a coniecuris censendum erit in situo sive maioratum.
- 591 Qui facultatem obtinuit ad vnum majoratum instituendum, num possit instituere duos. Et qui facultatem obtinuit ad duos instituēdos, vtrum instituere possit vnum tantum. 592 De institutione maioratus, vt in eo succedat, quem ultimus postfuerit, aut alius, elegerit. 593 Is, cui electio est commissa, si semel eligat, an possit iterum eligere, & variare in persona electa. Quod si ad maioratum non eligat, qui in eo succedat. 594 Vtrum is, cuius voluntati electio ad maioratus successionem commissa est, teneatur eligere dignorem, vel possit dignum, aut etiam indignum, elegere, dignore pretermisso. 595 Vtrum is, cuius arbitrio electio ad maioratus successionem commissa est, teneatur eligere dignorem, vel possit dignum, aut etiam indignum, eligere, dignore pretermisso dignore. Et quantum peccatum sit, tam hunc, quam eum, cuius voluntati electio commissa est, non eligere dignorem. 596 De maioratu cōsistenti titulo præscriptionis. 597 Regis facultas, aut confirmatio, qualis necessaria, vt ea in situo maioratus sit valida, quæ Regis facultatem, vt valida sit, requirit. 598 Vtrum princeps in situonem maioratus inuidam, quod ex Regis facultate non fuerit facta, confirmare possit ac validam reddere, post mortem institutoris. 599 Quādo ad maioratus institutionem, necessaria est regia facultas, num satis sit, si ea sit concessa, an vero requiratur, vt literis sit expedita ante maioratus in situonem, & vtrū expirat, re integra, morte concedentis. Et quid de confirmatione maioratus quādo hac omnia. 600 Maioratus in situo, vt sit valida, num scripturam requirat. Et vtrum, sine insinuatione, validam sit ultra summam, quæ sine insinuatione donari potest. 601 Vxor viri sine facultate viri possit maioratum instituere. 602 Vsi rationis carēs, mutus, minor, & prodigus, num maioratum instituere valent. 603 Filius familias vtrū maioratu instituere possit. 604 Religiosus, num maioratum instituere possit. 605 Damnati ad mortem naturalem, & alij ferri penas, instituere possint maioratum. 606 Ex quibus bonis maioratus institui possit. Et num institutio illius ex omnibus bonis sit valida. Et vtrum ab ecclesiasticis de suis bonis institui possit. 607 Maioratum an instituere possit vxor, vel meliorare vnum filiorum, ex bonis, quæ ex altero marito, sibi obuenire, aut ex medietate lucrorum, si superflibus filijs prioris mariti, transcat ad secundas nuptias.